



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1563 usque ad annum 1566

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1772

VD18 90118626

§. 33. Jacobi Putei Cardinalis obitus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67192](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67192)

Hoc edictum non modo promulgatum est, ut licentiæ Librariorum quoscunque libros, ac libellos promiscue absque permisso edentium obviaretur, sed potissimum id fiebat, ut tam Guisio Duci, quam Colinio Architalasso faventium furor coerceretur, cum non minus hi, quam illi famosis suis libellis mutuo sese proscinderent.

Sæcul XVI.
A C. 1563.

§. XXXII.

Aliud edictum in favorem Parochorum.

Insuper in favorem Clericorum ex Parisiensi Diœcesi sancitum fuit, ut Sacerdotes, & Parochi a publicis oneribus, militum stationibus, præstanda annona, aliisque, quæ copiis in transitu alendis imperari consueverunt, immunes essent. Hoc edictum eodem die, quo superius diploma, in Senatu fuit promulgatum, illiusque executio, ac cognitio Prætori Parisiensi specialiter demandata: alio autem edicto statutum, ut in quavis Ecclesia Cathedrali, & Collegiata, ubi plures, quam decem Canonici sunt, Magister, aut Scholasticus constituatur, qui juvenes Religionis, ac literarum præceptis imbueret, ita tamen, ut ei cujusdam præbendæ redditus assignentur.

§. XXXIII.

Jacobi Putei Cardinalis obitus.

O 2

Hoc

Sæcul. XVI
A. C. 1563.

Hoc anno die vigesima sexta Aprilis Puteus Cardinalis Romæ mortuus est annos natus sexaginta novem. Is Nicæ in Provincia ex nobili genere ortus Anno Salutis reparatæ millesimo quadringentesimo nonagesimo quinto nona Februarii primam lucem aspexerat, ac celebris Petri Accoltii inter ævi sui Jurisconsultos longe clarissimi Magisterio usus jurisprudentiæ operam navabat, ac paulopost eidem Petro in suo munere succedebat, quippe a Paulo III. perbenigne receptus Auditor Rotæ creabatur, illudque officium per quindecim omnino annos cum summa laude, ac integritate obibat, donec a Julio III., cui ante Pontificatum amica necessitudine sese adjunxerat, Barenis Archiepiscopus electus est, & difficilimis Pontificatus negotiis adhibitus tandem Anno Christi millesimo quingentesimo quinquagesimo primo Cardinalis tit. Sancti Simeonis renunciabatur. Seligebatur is etiam ab eodem Pontifice, ut unacum Joanne Baptista Cicada Cardinale bonorum Ecclesiasticorum alienationes contra Constitutionem Pauli II. factas recognosceret, aboleretque, necnon bona emphiteutica, & census quarundam Ecclesiarum in Pontificia ditioe existentium liberaret. Postea sub Pauli IV. Pontificatu ad titulum

tulum S. Mariæ in via translatus, ut Sæcul. XVI.
 riusque, ut vocant, signaturæ Præfe- A.C. 1563.
 ctus, necnon Sacræ Inquisitionis Præ-
 fes, Regniq̄ue Poloniæ, Ordinis Meli-
 tensis, & Carmelitanæ Religionis Pro-
 tector creabatur: postquam vero annis
 plusquam duodecim, absens licet, Ba-
 rensem Ecclesiam rexerat, Anno Do-
 mini millesimo quingentesimo sexage-
 simo secundo eandem Antonio Nepoti
 suo cessit: insuper idem a Pio IV. ad
 Sacrosanctam Tridentinam Synodum
 Legatus, ac Præses, in locum Cardi-
 nalis Seripandi ibidem defuncti nomi-
 uabatur, ast cum itineri se accingeret,
 Romæ obiit. Reliquit is quædam in-
 genii sui monumenta, atque inter ea
 celebrantur decisiones Rotæ, necnon li-
 ber de variatione Monetarum, præter
 plures literas.

§. XXXIV.

Duo Cardinales a Papa creati.

Priusquam Puteus e vivis excefferat, Ciacon.
 aliquot ante Mensibus die sexta Ja- pag. 943.
 nuarii Anno Salvatoris nostri millesimo
 quingentesimo sexagesimo tertio sum-
 mus Pontifex duos creabat Cardinales,
 quorum primus erat Fridericus Gon-
 zaga Friderici L. Mantuæ Ducis, &
 Margaritæ Paleologæ Montferratensis
 Filius; alter vero Ferdinandus Medi-